

SOMNIVM PRODIGIOSVM DE VINO & AQVA

Mutuò inter ſe pro dignitatis Apice litigantibus.


SEN DZIWNY

W Ktorym

WINO y WODA


O Godnośćiách ſwych roſpráwuią.

Przez I. L. S. I. K. M. *nápiſány.*





Roku Páńſkiego 1647.



SOMNIVM PRODIGIOSVM
De Vino & Aqua
Mutuò inter ſe pro dignitatis Apice litigantibus.


FActum eſt Conuiuium liberale multum,
Hiſtoria. Epulis & poculis ſplendidè excultum:
Illic poſtquam genio ſatis eſt indultum,
Reliquerunt Socij vino me ſepultum.
Extaſis. Raptus ſum in ſpiritu non in carne graui,
Iamque ferè tertium cælum penetraui:
Sum factus exanimis non parùm expaui,
Vbi mirabilia hæc conſideraui.
Cauſa. Ad examen reſidens in excelſis Deus,
Cùm cæpiſſet ſpiritus trepidare meus:
Ecce coram Iudice Thetis & Lyæus,
Accuſant alterutrum vt actor & reus.

Aqua.

Thetis in exordio multum gloriatur,
Dicens, mihi meritò laus & honor datur:
Cùm ſum ex quo machina mundi fabricatur,
Et ſuper me Spiritus Dei ferebatur.

Vinum.

Bacchus ad hæc incipit talia referre,
Mos eſt prius vilia, chara poſt conferre:
Sic & Deus voluit te prius offerre,
Vt me poſt te biberent peccatores terræ.



SEN DZIWNY

W ktorym Wino y Wodá O Godnośćiách ſwych rosprâwuią.

ODprawował ſie Bánkiet záwołány/
Potráwy z Winem máiąc bez nagány:
Tám kiedym vſnął dobrze iuż piiány/
Od towárzyſzow będąc odbieżány,
Porwány byłem w duchu do trzećiego
Niebá/ á wolny od ćiáłá ćięſzkiego:
Zląkłem ſie bárzo/ y ćięſzkom ſtrwożony/
Kiedy mi wielki cud był obiáwiony.
Záśiadł ná Sądźie Pan Bog Wſzechmogący/
Co widział moy duch ſtráchem wielkim drżący.
Wodá/ y Wino przed Sędźiem ſtáneli/
A ták ſie z ſobą vmawiáć záczeli.

Wodá.

Wodá ztąd ſobie chwałe przyznawáłá/
Mowiąc/ żem naprzod pierwſze mieyſce miáłá:
Gdy ieſt Swiát ſtworzon/ záraz niebieſkiego
Widźiáłám duchá okrążáiącego.

Wino.

A Wino rzecze wprzod podłe bywáią
Rzeczy dawáne/ potym drożſze dáią:
Ták Bog chćiał by ſie ludźie tobą myli/
A mnie po tobie żeby grzeſzni pili.

Aqua.

Thetis inquit, gloriam meam ampliauit
Christus, cùm de puteo potum postulauit:
De torrente siquidem attestante Dauid,
Bibet, & propterea caput exaltauit.

Vinum.

Gratum fecit Dominus fructum vitis istum,
Cùm Vini nil laticis fecit intermixtum:
Ergo qui potauerint Vinum Aqua mixtum,
Sunt aduersus Dominum & aduersus Christum.

Aqua.

Hortatur Apostoli Pauli disciplina
Luxus, pastum fugere, pocula supina:
Quia virtus tollitur vbi regnant Vina,
Et prudens à semitâ pellitur Diuinâ.

Vinum.

Tibi iustè vitium luxus coaptatur,
Quando Iacob filio testamentum datur:
Qui fusus vt Aqueus liquor increpatur,
Dum per eum patrius thorus maculatur.

Aqua.

Reliquerunt Naaman syrum spes humanæ,
Nec prodesse poterant medicinæ sanæ:
Cui vox Prophetica consulit non vanè,
Vt se lauet septies nudus in Iordane.

Wodá.

Wodá/ mam ia ztad wielkie zálecenie/
Bom vgásiłá Chrystusá prágnienie:
Dáwid powiedział z strumienia pić będzie/
Przeto ná Stolcu wysokim vśiedzie.

Wino.

Wielka w tym łáská Páńska pokazána/
Iż Wodá z Winem nie iest pomieszána:
Przeto ći ktorzy Wino z Wodą piią/
Iák przećiwnicy Chrystusowi żyią.

Wodá.

Náuká vczy nas Páwłá Swiętego/
Iedzenia/ pićia strzedz śię zbytecznego:
Bo Cnotá gáśnie gdźie Wino pánuie/
A mądry śćieżki Páńskiey odstępuie.

Wino.

Tobie iest słusznie zbytek przyrownány/
Kiedy Synowi Iákubá był dány
Testáment/ ktory iák Wodá wylany/
Zláian/ Oyczystem łożem pomázány.

Wodá.

O zdrowiu Náámáná powątpili/
A iuż go Doktorowie odstąpili:
Aż mu Prorok rzekł/ śiedm rázy w Iordanie
Obmiy śię/ á tać chorobá vstánie.

Vinum.

Cæſus à latronibus Ieroſolymita,
Viſus à Presbytero, viſus à Leuitâ:
Eius tunc indubiè defeciſſet vita,
Ni fuiſſent vulnera Vino delinita.

Aqua.

Me retentâ reſpuit Nazarenus Vina,
Nam in me eſt poſita vitæ medicina:
Quod ex Euangelica patet diſciplina,
Cùm ſanaret Angelus ægros in piſcinâ.

Vinum.

Tu dolorem ingeris pocula dum præſtas,
Ventrem reddis turgidum, nimiſq; infeſtas:
Ergo ſuper alias Dauid res honeſtas,
Orat, ne ſe demergat aquarum tempeſtas.

Aqua.

Nöe per te temore dormit denudatus,
Vnde maledicitur ſubſanando natus:
Ac per te confunditur Patriarcha gratus,
Loth degens in montibus Vino ebriatus.

Vinum.

Satis contemptibilis, ſatiſq; egena
Eſt, ſi fortè ſumitur ſine Vino cæna:
Nec exterret homines paupertatis pœna,
Dum non promptuaria ſunt eorum plena.

Aqua.

Wino.

Od zboycow gdy był Zydowin zrániony
Od Księdzá/ y Lewity opuszczony:
Musiałby vmrzeć gdyby posieczone
Członki/ przez Wino nie były leczone.

Wodá.

Mnie pili Názáreni/ pogardzáli/
Winem/ żywotem swym mnie miánowáli:
A Pismo świádczy/ że ludźie schorzeli/
Zdrowie w Sadzawce przez Anyołá mieli.

Wino.

Napoy twoy czyni ludźiom vtrapienie/
Zywot odyma/ przynosi gryźienie:
Dawid modląc sie o to prosił Bogá/
Zeby go zbytnia nie zálałá wodá.

Wodá.

Noe piiány gdy spał ododźiany/
Przeklinał Syná od niego náśmiany:
A Pátryárche Lothá piiánego/
Przywiodło Wino do grzechu sprosnego.

Wino.

Już to vbogi/ y wielki chudźiná/
Co przy wieczerzy nie może mieć winá:
Ani sie ludźie vbostwá lekáią
Piiąc/ choć prozne spiżárnie swe máią.

Aqua.

Scis quòd cùm tu fueris intemperiei,
Ego ſum oppoſita tuæ rabiei:
Quia (ſicut legitur) Aquæ non Lyæi
Impetus lætificat Ciuitatem Dei.

Vinum.

Potus tuus peſtifer eſt & venenatus,
Niſi ſit Prophetico ſale dulcoratus:
Tu in me viliſsimus potus es mutatus,
Cùm IESVS ad nuptias fuerat vocatus.

Aqua.

Ratio confunditur, oculi cæcantur
His, qui tuis poculis nimis immorantur:
Blandè cùm ingrederis primo recreantur,
Sed tanquam à regulo demum trucidantur.

Vinum.

Omnium viliſsima funderis in planum,
Ego verò nobile mittor in arcanum:
Te potat in vallibus pecus ruſticanum,
Sed meus lætificat potus cor humanum.

Aqua.

Certè temporaneum reddit excolenti,
Fructum terra proxima Aquæ defluenti:
Datque fructus vberes anno venienti,
Si ſuccedat latici pluuia ſerenti.

Wodá.

Wieß że ty czyniß wielkie rośpalenie/
A ia záś czynię wdźięczne ochłodzenie:
Nie Wino ále Wodá to spráwiłá/
Że Miásto Páńskie sobą vćießyłá.

Wino.

Napoy twoy dawno byłby pogárdzony/
By od Prorokow nie był zálecony:
Ktory w mię ná on czás był przemieniony/
Gdy Chrystus ná gody był záproßony.

Wodá.

Rozum odchodźi/ y oczy fáluią
Tym/ ktorzy twego napoiu pilnuią:
Łágodnie wchodząc wesela dodáieß/
A iad iáko smok okrutny zádáieß.

Wino.

Twoią podłośćią źiemię vlewáią/
A moię zacność do skárbow chowáią:
Tobą we źrzodłách chłopskie trzody poią/
Wesołe sercá mym napoiem stoią.

Wodá.

Dosyć przynosi pożytku wielkiego
Ziemiá/ co bliska źrzodłá ćiekącego:
Ż buyne zboża ná polu się rodzą
Zásianym/ gdy dżdże częstokroć przechodzą.

Vinum.

Cibus quamuis ſapidus, aut quantumuis charus,
Abſq; me ſi ſumitur ſemper eſt amarus:
Tuo gaudet poculo pauper & auarus,
Sed ego inebrians calix ſum præclarus.

Aqua.

Sacramenta fidei pridem inchoaui,
Quando Dei Filium in Iordane laui:
Et figuras veteris Legis conſumaui,
Cum de ſuo latere dextero manaui.

Vinum.

Etſi fontis gratiam per te captat reus,
Per me tamen homines multos ſaluat Deus:
Nec tu eſſes aliquid ni eſſet Lyæus,
De quo dicit Dominus, Hic eſt Sanguis meus.

Aqua.

Ego Sapientiæ ſum aſsimilata.
Cuius fonte pectora plenè ſunt potata:
Vnde ſi quæ fuerint corda irrigata,
Non affliget amplius ſitis exoptata.

Vinum.

Regnum Dei Spiritus Sanctus tunc inſtruxit
Per me, quando vnicam Sponſam ſibi duxit:
Atq; in vinariam cellam introduxit,
Vbi de vberibus lac & Vinum ſuxit.

Aqua.

Wino.

Pokarm choćiaż ieſt ſmáczno vczyniony/
Bezemnie záwſże bywa vprzykrzony:
Ciebie vbogi piie/ y łákomy/
Ale moy kielich zacnym ieſt znáiomy.

Wodá.

Jam wiáry Sákrámentá vczyniłá/
Kiedym Chryſtuſá w Jordanie obmyłá:
Stárem Figury Zakonne ſkończyłá/
Z boku práwego gdym płynącą byłá.

Wino.

Choć ná Krzćie tobą grzechy obmywáią/
Przez mie zbáwienie śiłá grzeßnych máią:
Niczymby byłá tá pochwałá twoiá/
By mnie Pan nie rzekł/ iż to ieſt Krew moiá.

Wodá.

Jam do mądrośći świętey przyrownána/
Ktora ná ſercá ludzkie ieſt wylana:
Tą kiedy duſże bywáią ſkropione/
Prágnienie záraz vſtawa ſprzykrzone.

Wino.

Przez mie Duch Swięty Kroleſtwo zbudował
Boſkie/ gdy Oblubienice poymował:
Y wprowádźił ia do lochu winnego/
Gdźie mleká z Winem pożywał ſłodkiego.

Aqua.

Dextro templi latere meus eſt egreſſus,
Per quem nunc abluitur, ſi quis eſt exceſſus:
Vnde ſub Baptiſmatis fonte ſum expreſſus,
Et culpæ fidelibus lauacrum conceſſus.

Vinum.

Quamuis per te gratia mox renatis datur,
Tamen relabentibus donum hoc negatur:
Ergo per me potior virtus deſignatur,
Quam qui capit quoties toties ſanatur.

Aqua.

In egreſſu Iſraël plebis numoroſæ,
De Ægypti finibus deducente Moſe:
Segregauit Dominus me miraculosè,
Vt cantaret canticum Deo gloriosè.

Vinum.

Si quis cauſa qualibet ceſſet à Lyæo,
Non reſultat canticum neq; laus ab eo:
Sed ſi fretus fuerit tandem potu meo,
Decantabit Gloria in excelſis Deo.

Diſcuſſio.

Ad hæc Ciues Cælici debitè penſatis
Vini rationibus, atq; approbatis:
Clamant omnes fortiùs vocibus elatis,
Pax in terra populis bonæ voluntatis.

Dormiens

Wodá.

Nie wyśćie z boku Kośćiołá práwego/
Ktorym ſie zmywa to co ieſt ſproſnego:
Z kąd pod Krztu źrzodłem ieſtem wyrázona/
Y ná obmyćie wiernych pozwolona.

Wino.

Okrzczonym przez ćie łáſká pozwolona/
Lecz od grzeſzących bywa oddalona:
Przeto mnie ſkutek ten ieſt náznáczony/
Iż kto mie piie bywa vzdrowiony.

Wodá.

Gdy lud Zydowſki z Egiptu vchodźił/
Ktory ſam Moyżeſz przez Morze vwodźił:
Stánęły dźiwne z moiey wody śćiány/
A żeby wielbił Páná lud wybrány.

Wino.

Gdy kto napoiu mego pić przeſtánie/
Ten wielbić Páná pieśniámi vſtánie:
Kto ieſt zágrzany od nápoiu mego/
Spiewa/ y wielbi Páná Niebieſkiego.

Dekret.

To vſłyſzawſzy święći Anyołowie/
Stánęli zgodnie przy tey Winá mowie:
Krzyknąwſzy wſzyſcy głoſámi wielkimi/
Pokoy wam ludźie niech będźie ná ziemi.

Dormiens.

Quibus ego vocibus tandem poſt examen,
Excitatus retuli ſomnij velamen:
Affirmans veraciter Sanctorum dictamen.
Quòd Vinum præ cæteris præſtans ſit liquamen.

Concluſio.

Si quis hæc crediderit, gaudens dicat AMEN.

Addo PETRI ANDREÆ CANONHERII,

De Admirandis Vini virtutibus,

Vinum eſt tantæ virtutis & efficacitatis, vt ſine illius hauſtu, nihil ferè præclari aut illuſtris mortales conficiendi poteſtatẽ haberent, nullaque res earum, quæ infra Lunam continentur, homine excepto, cum mero comparari poſſe videtur. Poetæ enim qui nobiliſſimam ac principibus digniſſimam facultatẽ profitentur, ſine vini generoſi hauſtu carmina linguâ non modularentur, neque ſuauiſſimis concentibus aëra demulcerent.

Quod quidem ab Homero totius Poëſeos Principe, magno veritatis interprete, vate maximo, & diuiniſſimo Poëta, confirmatur, qui procul dubio tanta diuini ingenij felicitate Troianum bellum non decantaſſet, niſi Patris Liberalis liquore priùs madefactus fuiſſet. Nam, vt inquit Horatius:

Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.

Idem

Spiacy.

Od ktorych głosow będąc obudzony/
Opowiádam cud sobie obiáwiony:
Iż wszyscy Swięci zgodnie przyznawáią/
Y chwałe Winu á nie wodźie dáią.
A kto mi wierzy niechay sie weseli/
Że ták o Winie Swięći powiedźieli:
To iednák rzekli iże piiánice/
Nie wnidą nigdy do Páńskiey świątnice:
A ći co Wode nie Wino piiáią/
Tácy sie tylko do Niebá dostáią.

Idem de Ennio legitur, qui ne versum quidem condere poterat, nisi priùs optimo generosoq; vino madidus ac calefactus.

Hennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
Prosiluit, dicenda oratio.

Neque Cato sapientissimus & prudentissimus à Romanis habitus esset, nisi vinum purum perpotasset; quod eum magni consilij diuineq; mentis præditum reddebat.

Narratur & prisci Catonis
Sæpè mero caluisse virtus.

Neque Nestor tam diu vixisset, neq; Græcos iuuasset, conseruassetq; sine delicatissimi liquoris haustu, cuius, vt inquit Homerus, magnas pateras exsorbebat.

Poculum erat pulchrum in domo aureum, quod
Nec facilè quisquam potuisset tollere mensa,
Cum plenum foret: at Nestor nullo ipse labore
Tollebat senior, &c.

Et ille Archipoëta Camillus Quernus infinita carmina in torrentis morem non cecinisset, & pro mille Poëtis versus non factitasset, vt ipsemet fatetur: nam à Leone X. dicanere iussus, in hunc Xexametrum erupit:

Archipoeta facit versus pro mille Poetis.

Etenim cur mille Poëtas longè multumq; canendo superaret, ipsemet Leo causam hoc Pentametro reddidit:

Et pro mille alijs Archipoeta bibit.

Qui verò vino est assuetus, & aliquo tristi casu in longinqua prouincia, qua vinum non producat, vitam degere sit coactus, versus fundere amplius non potest, vt Ouidio in Ponto relegato accidit.

Impetus ille sacer, qui Vatum pectora nutrit,
Qui priùs in nobis esse solebat, abest.



